





Psal.  
149.

**Graduale.** Exultábunt sancti in glória, lætabúntur in cubílibus suis. **V.** Cantáte Dómino cāticum novum, laus ejus in Ecclēsia sanctōrum.

**S**equētia sancti Euangēlii secúndum Lucam.

Luca  
6. c

**I**N illo témpore : Descéndens Iesus de monte, stetit in loco campéstri, & turba discipulōrum ejus, & multitúdo copiōsa plebis ab omni Judæa, & Jerúsalem, & Marítima, & Tyri, & Sidōnis, qui vénéranť ut audírent eum, & sanaréntur à languóribus suis. Et qui vexabántur à spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tángere : quia virtus de illo exíbat, & sanábat omnes. Et ipse elevátis óculis in discípulos suos, dicébat : Beáti páuperes : quia vestrúm est regnum Dei. Beáti, qui nunc esurítis : quia saturabímini. Beáti, qui nunc fletis : quia ridébitis. Beáti éritis cūm vos óderint hómines, & cūm separáverint vos, & exprobráverint, & ejécerint nomen vestrum tamquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte in illa

die, & exultáte : Ecce enim merces vestra multa est in coelo.

**Offertorium.** Exultábunt sancti in glória, lætabúntur in cubílibus suis : exaltatiónes Dei in fáucibus eórum.

**Secreta.**

**A**Ltäre tuum, Dómine, muneribus cumulámus oblátis : da quæsumus : ut ad salútem nostram, ómnium Sanctōrum tuórum precatióne proficiant, quorum solémnia ventúra præcúrrimus. Per Dóminum.

**Secunda Secreta de Spiritu sancto, tertia contra persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa. fol. lix.**

**Communio.** Justōrum ánimæ in manu Dei sunt, & non tanget illos torméntum malítiæ : visi sunt óculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

**Postcommunio.**

**S**acraméntis, Dómine, & gaudiis optátæ celestis explé-  
tis, quæsumus, ómnibus  
adjuvémur, & in  
bus ex-

**S**  
ritu

Museo Municipal  
de Madrid

N.º 20/81